IOAN. ANTONII MANGILII TRACTATVS DE SVBHASTATIONIBVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

IOAN. ANTON.

MANGILII

I.C. PISAVRENSIS

TRACTATVS

Abſolutiſsimus,

DE

SVBHASTATIONIBVS ET LICITATIONIBVS,

VNA CVM DECISIONIBVS SACRÆ ROTÆ Romanæ ad eundem Tractatum collectis,

IN QVO HABENTVR FREQVENTIORA, ET practicabiliora in hac materia,

Omnibus in Foro verſantibus valde vtilis, & neceſſarius.

CVM LOCVPLETISSIMIS INDICIBVS QVÆSTIONVM, Deciſionum, & Rerum notatu dignarum, quæ tam in Tractatu, quàm in Deciſionibus continentur.

EDITIO *Noviſsima, mendis innumeris quibus prior ſcatebat accuratè repurgata.*

GENEVÆ,

Typis & Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LXVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

INDEX ARGVMENTORVM

Quæſtionum omnium, quæ in hoc opere continentur.

Quæſtio 1.

SVBHASTATIO quid ſit. Vnde dicta, & quare. Et quo iure ſit introducta.

Quæſtio 2. Subhaſtationes quæ deſiderant, vt legitimè fiant.

Quæſtio 3. Citatio qualiter, & quando requiratur in ſubhaſtatione.

Et quid de interpellatione, ſeu denunciatione.

Quæſtio 4. In ſubhaſtationibus, an citatio generalis per proclama, vel edictum ſufficit, præſertim quando creditores ſunt certi.

Quæſtio 5. Subhaſtatio facta lite pendente an ſubſiſtat.

Citatio an, & quando requiratur emptoris, qui emit rem litigioſam.

Citationem non fuiſſe factam, qualiter probetur.

Et quando citatio inducat litis pendentiam.

Quæſtio 6. Citatio an requiratur in licitanda ante ſubaſtationem ſecundi decreti. Et qualiter per Iudicem pronunciandum.

Debitor paſſus ſecundum decretum, an audiatur.

Quid in paſſo primum decretum.

Et in cauſa Iudicati.

Quæſtio 7. Deliberatio in ſubhaſtationibus citationem an requirat.

Citationis defectus an, & quando ſanatur ex clauſula Arbitrio, &c.

Sententia abſque citatione, an ferri valeat in quacunque die contra contumacem citatum, & non comparentem.

Arbitrio quando eſt locus ad ſanandam nullitatem ſententiæ.

Immiſſio vigore ſententiæ nullæ quando dicatur ſpoliatiua.

Solemnitas quando dicatur omiſſa.

Quæſtio 8. Subhaſtatio quando fieri poſſit non relaxata effectuali executione.

Conſenſus ſupplet ſolemnitates requiſitas in licitationibus.

Subhaſtationi quando non præiudicatur per actum factum ea pendente.

Ex ſubhaſtatione rei, quando inferatur ad tranſlationem dominij.

Quæſtio 9. Citato non comparente in ſubhaſtationibus quando aduerſus illum procedi poſſit per contradictas.

Procurator vbi fuit conſtitutus, quid requiratur, vt non valeat procedi per contradictas.

Et quid quando procurator deceſſit, vel ſe abſentauit nullo alio ſubſtituto.

Quæſtio 10. Subhaſtationes infra quod tempus fieri debent, tam in rebus publicis, quam priuatis.

Iudex an pro ſuo arbitrio prorogare poſſit tempus licitationum.

Et an ſaltem minuere valeat.

Quæſtio 11. Termino licitationum tranſacto, an & quando illius extenſio, ſeu prorogatio concedatur.

Et quid quando agitur de præiudicio Fiſci, ac licitantium.

Contra venditionis, vel locationis nullo declarato, ad quid teneantur emptores, & conductores, vel etiam venditores & locatores.

Quæſtio 12. Agitur de deliberatione facta intra terminum à Iudice aſſignatum, ac de illius nullitate.

Dilatione pendente ab homine, vel à iure data, quando conquieſcat officium Iudicis.

Quæſtio 13. Subhaſtatio, & licitatio, an, & quando fieri debeant præſente pecunia.

Et quid ſi fiat pactum de accollando.

Vel depoſitum ex interuallo.

Quid ſi adſit conſuetudo in contrarium, vel conſenſus partium.

Et vbi adſit conſenſus, quo tempore ſit præſtandus.

Pecuniæ verbum in licitatione qualiter accipiatur.

Quæſtio 14. Subhaſtatio, & licitatio partim præſente pecunia, & ex parte non, & quando valeat.

Datio in ſolutum in ſubhaſtatione, an habeatur pro vera numeratione.

Quæſtio 15. Subhaſtationem bona fide, & omni remota fraude fieri debere oſtenditur.

Quæſtio 16. Præſentia emptoris in licitatione an requiratur.

Obligatio qualiter ſequatur inter licitantem, & eum, qui expoſuit rem ſubhaſtandam.

Licitator, vt ad offerendum admittatur, qualis eſſe debeat.

Quæſtio 17. Res magni pretij pro modico ære alieno an ſubhaſtari debeat.

Quæſtio 18. In ſubhaſtatione an, & quando requiratur æſtimatio.

Et declarantur vtram, & alteram opinionem tenentes.

Quæſtio 19. Æſtimatio quãdo ante ſubhaſtationem fuit facta, ne res vendatur vili pretio, an ſi minoris delibere-

DE SVBHASTATIONIBVS ET LICITATIONIBVS,

Tractatus Abſolutiſsimus.

EPITOME.

Subhaſtatio quid ſit. Vnde dicta, & quare. Et quo iure ſit introducta.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio eſt rei venalis publicæ expoſitio.*
Eſt etiam venditio publica, n. 2. & 9.
Et eſt, quando aliquid venditur plus offerenti pretio ex eo redacto vſque ad menſuram debiti aſſignato Creditoribus, num. 3.
Qui actus vulgò appellatur Subhaſtatio, n. 4.
Et dicitur auctio, & quare, n. 5.
6 *Subhaſtatio vnde dicta.*
7 *Haſta eſt ſymbolum Regiæ Maieſtatis, & n. 8.*
10 *Creditoribus non licet inuadere, & occupare bona debitoris, ſed iuris ordo ſeruandus eſt, vt prius condemnetur debitor, deinde Iudicis auctoritate procedatur ad captionem pignorum mobilium, & tenuta immobilium.*
11 *Bona in tenutam capta, quatenus emptorem non inueniant, adiudicantur in ſolutum Creditori pro ſuo credito.*
12 *Tenuta bonorum debitoris ad Creditoris inſtantiam accipi debet pro menſura debiti, & non vltra.*
Fallit in Creditoribus hypothecariis, in quorum arbitrio eſt, quam rem velint ex pigneratis proſequi, n. 13.

QVÆSTIO I.

SVBHASTATIONVM, & Licitationum Tractatum aggrediens opportunum fore exiſtimaui, primum quærere, Quid ſit Subhaſtatio: Diffinitio enim pro ſui natura quidditatem, & eſſentiam rei diffinitæ deſignat, ſicuti dixit *Bald. in l. 1. ff. de vſufruct.* Deinde ſubijciam, quare ſubhaſtatio ita vocetur, & quo iure, & ordine ad eam procedatur.

1 Subhaſtatio igitur eſt rei venalis publicę expoſitio. *Fabian. de Mont. in tractat. de empt. & vend. quæſt. 5. princ. nu. 13. Vin. Franch. deciſ. 4. num. 4. & ante hos Luc. de Penn. in l. quacumque, num. 2. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10.* vbi ait,
2 quod eſt venditio publica, & quod ſubhaſtatio eſt,
3 quando aliquid venditur plus offerenti pretio ex eo redacto vſque ad menſuram debiti aſſignato creditoribus, vt probatur in *Authen. hoc ius porrectum, verſ. quod ſi nullo creditor, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & tradit ad intel. Coler. de*
4 *Proceſſ. & execut. p. 3. quæſt. 6. num. 86.* qui actus vulgò appellatur *Licitatio*, vt clarè *Bar. in l. licitatio, num. 4. ff. de publican. & vectig.* eſt text. in *l. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10.* ac notat *Bald. in l. ordo, per illum text. verſ. dum ſubhaſtatur, C. de execut. rei iudic.*

5 Quare *Luc. de Penn. in dict. l. quacumque,* ſubijcit ſubhaſtationem dici auctionem propter, videlicet, augumentum, quod contingit ex oblationibus, quas faciunt euentes, ita quod licitatio ſit, quando emptor ſuper venditio facit augumentum. Quare *Suetonius in Cæſar. c. 50.* ſcribit Bello ciuili, inquit, ſuper alias donationes (quas ſcilicet Iulius Cæſar fecerat Seruiliæ matri M. Bruti, qua abutebatur) ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit.

6 Subhaſtatio quoque dicitur, quia haſtarium eſt locus, vbi venduntur bona proſcriptorum, ſecundum *Hug.* inſuper ſubhaſtatus eſt ſub haſta fiſci comparatus, ſecundum *Pap.* vel ſubhaſtatus, quaſi titulatus; ſubhaſtatæ, quaſi plurium poſſeſſiones ſub haſta fiſcali ſtatutæ ſecundum eumdem, quem refert *Luc. de Penn. in l. quia interdum, num. 4. C. de fid. inſtr. lib. 10.* & tetigit *Fabian. de Mont. in dicto tractatu de empt. & vendit. dicta quæſt. 5. nu. 8.*

7 Quod quatenus velimus altius exordiri, non ab re dicere poſſumus, Haſtam eſſe ſymbolum Regiæ Maieſtatis, ſi quidem Romani, Quirites dicti ſunt à Quirino Romulo, qui ita vocabatur ab haſta, quam Reges ferebant, præſertim Sabini, Curetes ab haſta dicti, quæ illis Curis dicitur, vt inquit *Feſtus, & Ouidius faſt. 2.*

Siue quod haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.
Siue ſuo Regi nomen poſuere Quirites.
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

8 Vnde & iudicium ſub haſta, veluti populare Romanorum, & vulgi dicebatur, eratque ordinarium, & proprium, & municipale Tribunal Romanorum. Et ipſius haſtæ inſignia populum admonebant iudicij re-
9 rum quotidianarum, & vulgarium cauſarum. Quibus factum eſt, vt publica venditio, ad quam quilibet admitti poſſet, fieret auctionibus, & licitationibus ſub haſta, *tot. tit. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. C.* & ſolemnis

DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Ad Tractatum de Subhaſtationibus, & Licitationibus Excellentiſs. D. Io. Antonij Mangilij Piſauren. ab eodem recollectarum.

ARGVMENTORVM INDEX.

AD quæſt. 1. num. 13. nota, Quod habens hypothecam, poteſt agere pro credito conſequendo, & contra principalem debitorem, & contra poſſeſſorem bonorum dicti debitoris hypothecaria, vel Saluiano, vt fuit dictum in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1609. coram Card. Marquemontio, in fine deciſion. 1.

Ad quæſt. 2. *num.* 2. Quod ſolemnitatibus ſeruatis in alienatione rei Eccleſiaſticæ, non ſtatur aſſertioni partium, ſed de eis aliunde conſtare debet, alias præſumitur eas non interueniſſe, fuit etiam dictum in Mediolanen. Bonorum 9. Iunij 1595. coram R. P. D. Iuſto in fine deciſ. 2.

Ad quæſt. 3. *num.* 3. Antequam procedatur ad ſubhaſtationem pignorum in executione captorum requiritur citatio ad reluendum, vt fuit dictum in Anconitana Bonorum 27. Aprilis 1622. coram R.P.D. Merlino, in fine deciſ. 3.

In Curia autem non requiritur talis citatio, vt dicit Saluſt. Tiber. in praxi A.C. lib. 1. c. 43. n. 2.

Ad qu. 4. vbi dicitur, quod creditores certi debent citari, non debet citari is, qui emit bona à defuncto, quorum euictio adhuc non venit, vt fuit dictum in Bononien. de Cataneis Lunæ 14. Decembris 1615. coram R. P. D. Pirouano in fine deciſ. 4.

Ad quæſt. 5. quod contra vendentem rem lite pendente, poſſit fieri exequutio abſque nouo proceſſu, firmauit Rot. in Veneta Donationis 16. Aprilis 1616. coram Buratto in fine deciſ. 5.

Ad quæſt. 6. dic quod creditores, qui petierint ad cauſam admitti, ſi doceat de ſuo intereſſe, impediunt executionem etiam trium conformium, vt fuit dictum in Toletana iuris Decimandi 19. Februarij 1593. coram Cardinali Pamphilio in fine deciſ. 6.

Ad quæſt. 7. adde, quod pro validitate deliberationis vltra alia, requiritur citatio ad videndum mandari deliberari, aliàs actus eſſet nullus, vt fuit dictum in Romana Spolij 27. Iunij 1615. coram bo. mem. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitano in fine deciſ. 7.

Ad quæſt. 8. Vbi dicitur, quod vna pars, ſi declarauit ſtare velle indicationi iuxtium, teneatur etiam illi ſtare alia pars, fuit id etiam dictum in Romana Vineæ 14. Iunij 1613. coram Cardinali Pamphilio, in fine deciſ. 8.

Ad quæſt. 9. vbi dicitur, quod ſi debitor fuit perſonaliter citatus, eo non comparente, poteſt procedi per Contradictas, fuit dictum in Colimbrien. Decanatus 27. Ianuarij 1595. coram Iuſto in fine deciſ. 9.

Ad quæſt. 10. Vide in puncto d. deciſionem Anconitana bonorum coram R.P.D. Merlino in fine deciſ. 3.

Ad quæſt. 11. *num.* 9. quod vbi ſubhaſtatio, & deliberatio eſt nulla, debeat reſtitui res empta cum omnibus fructibus perceptis, Vide deciſionem in Romana pecuniaria 20. Iunij 1614. in fine deciſ. 11.

Ad quæſt. 12. quod deliberatio facta pendente termino à Iudice aſſignato, ſit nulla, firmauit Rot. in Auximana Tutelæ 24. Nou. 1585. coram Gyplio in fine deciſ. 12.

Ad quæſt. 13. quod ſubhaſtatio, ſeu deliberatio fieri non poſſit, niſi præſente pecunia. Vide deciſionem in Aſculana Prædij Lunæ 22. Iunij 1601. coram Cardinali Sacrato in fine deciſ. 13. niſi tamen fuerit habita fides de pretio, vel pecunia prius numerata, vt fuit dictum in Camerinen. Spolij 2. Iunij 1610. coram Cardinali Sacrato in fine deciſ. 14. & in dicta Aſculana Prædij.

Ad quæſt. 14. quod vbi creditor conſenſit ſubhaſtationem, vel deliberationem fieri ſine numeratione pretij, ea ſit valida, firmauit Rota in dicta Aſculana Prædij coram Cardinali Sacrato in fine deciſ. 13.

Ad quæſt. 15. quod emptor malæ fidei non facit fructus ſuos vide deciſ. in Romana fructuum portatum Lunæ 14. Octobris 1585. coram Gyplio in fine deciſ. 15.

Ad quæſt. 16. in fine quis dicatur idoneus. Vide deciſ. in Romana Dotis de Boncompagnis coram Cardinali Canalerio inter eius impreſſas deciſ. 245. vbi dicitur non poſſe dici idoneum, ſi bona ſint vendita, vel occupata à creditoribus.

Ad quæſt. 17. quod res magna non poſſit ſubhaſtari pro paruo debito. Vide deciſ. in Romana Domus de Alicornis Lunæ 2. Martij 1594. coram Peregrino in fine deciſ. 16.